Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Est enim penes urbem eandem
quidam locus campestris: qui
ita totus crebrimis rimis
sicut uetus discinditur indumentum.
et exsulcis meatibus per diem
fumum emittit teterrimum. per
noctem uero quasi ferrarii fornax
igniuomam uaporat flammam.
cuius natura dicitur esse. ut si quis libet
experientie causa manum propius
adhibuerit ardorem sentit.
sed nullam patitur adustionem.
O mira domini pietas: o mira
clementia. qui cum sit opus cui
nemo audet dicere. cur ita facis.
non statim scelerato percutit nec
perdit in crimine. sed nunc pater
no affectu blanditur. nunc tyran
nicas intonat minas: cre
bro et claris exteritat si
gnis: ut tandem de malefac
tis peniteant. ne iusto iu
ditio digna persoluant iun
dictas. Ecce nunc et infelices
accole ciuitatis predicte. quia
omnem prosecuti sunt luxuriam. om
nibus quoque se subdiderunt illece

bris ad emendationem misi
corditer signum tremende iudicie
acceperunt. De quibus datur intel
ligi: quod si nulla se penitudine
redarguissent. nequaquam
tam horribili plecterentur exter
minio. Heu heu pestis et
iniqua tales sunt tue retributio
nes: talia dona tua. ut quos
male illicis male et perire fa
cias. Veniet ueniet crede
mihi dies quando tu et tuus auctor
dyabolus eterno dampnemini in
cendio: cuius similitudinem ignis
prefate urbis habet qui ardet et
non penitus exurit. Hec compendi
ose digessisse nulli onerosum
sit. nunc ad ea que de sancto incho
auimus accingamur. Letificat cele
bris proles generosa parentes. heres morum
que patrorum fitque bonorum.

Prefata uero urbe adhuc
multa plebium genero
sitate referta parentes eius
inter cateruas potentum quan
ta honorificentia celebrabantur. tanto superne patrie